HIERONYMUS
um 836/859 Seite 6r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

trepidatio atq; formido ut umore cogente
astus & uiscera dissoluantur. & uesica umo
rem tenere non ualeat. ita uturina genua
polluantur; Naturale est enim ut umore
cogente uesica laxetur. & aduersus homi
nis uoluntate umor defluat. quod quidem
& in morborum magnitudine accidere so
let. ut postquam uires deficerint aegrotan
tium. non solum genua sed & lectuli pollu
antur; ecce uenit inquit qd saepe prae
dixi & opere complebitur ac fiet. quod non
ego sed dns est locutus; Scio quendam in
contritione lumborum & fluentib; aquis
multa testimonia replicasse. ut pphetae
castitas impleretur. & amaritudo animi
& dolor mentis internus. quod aquae semi
num genua polluant. sed haec expositio
ad praesentem non pertinet locum; ivb.
Et factus est sermo dni ad me dicens; ss
Fili hominis. pfeta & dices; haec dicit dns ss
ds. Loquere; gladius gladius exacutus est. ss
& limatus; ut caedat victimas exacutus est. ss
& ut splendeat limatus est; qui mouet scep ss